



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

Lugduni, 1652-1663

8. De recto debiti coniugalis vsu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)

Secl. I. De Matrim. Essentia. Recep. Sent. 53

10. sum. tr. 4. c. 14. n. 90. & alios asseruisse contra-
riam sententiam probabilitatem habere nempe
femina teneat reddere debitum viro impedi-
mentum dirimens ignorantem si non reddens per
illum sit occidenda. Quia cum vir bona fide ni-
tatur, vitur iure suo petendo debitum, & illa
fornicatio erit materialis: & mulier magis teneat
non facere alteri aperta iniuriam quam peri-
culum fornicationis materialis vitare. At sen-
tentiam hanc rejicio, quia contrarium definitur
in Cap. Inquisitioni, de sent. excommunic. & illam
erroneam Sanchez citatus merito appellat.

Coniux dubitans de sui Matrimonij valore,
sive post examen, sive antea, non tenetur redde-
re debitum in priori bimestri. Quia alter non
habet ius petendi. Qui autem post bimestre non
dum consummat Matrimonium, & de eius va-
lore dubitat: potest reddere debitum, ne ultra
tempus bimestre signatum à iure, alterum con-
iugem detineat. Quia non tenetur cum tanto
suo detrimento, vel alterius, aut Religionem in-
gredi, nec à reditutione debiti in dubio abstinere.
unde licite se illi materialis fornicationis pe-
riculo exponit. Valq. 1. 2. d. 66. n. 6. n. 33. Salas 1.
2. ar. 8. d. vni. s. 2. 2. n. 208.



CAPVT VIII.

De recto Debiti conjugalis resu.

107
Vt actus matrimonialis non solum sit licitus,
sed & meritorius, multae conditiones
sunt obseruandae his indicatae versibus:

Sit modus, & finis, sine damno, solue, cohare.

Sit locus, & tempus, tactus, ne spernito votum.

108
Primo Modus requiritur: ex parte enim mo-
di, vel situs congressus conjugalis potest red-
di vitiosus, cum scilicet aduerfatur coniux na-
turali concubendi modo, qui si non feruatur
ratio tamen erit mortale piaculū, modo feruetur
vas naturale, & intra illud semen viri recipi va-
leat; plerumque tamen graue veniale est, nisi
aliqua necessitas excuset: Ponti. lib. 10. cap.
1. Tolet. lib. 7. cap. 2. 4. n. 1. Henric. lib. 11. cap.
16. n. 6. Coninch. d. 3. n. 80. Reginal. lib.
31. n. 335. Sanchez lib. 9. d. 16. n. 3. Diaria
part. 1. ar. 4. res. 204.

109
Contingit, coniuges mortaliter peccare, quan-
do vase naturali dimisso, abutuntur, vel abuti
volunt non naturali: Aut procurant voluntari-
am feminis effusionem extra copulae coniu-
galis vsum legitimum: vel tali modo coeunt, ex
quo sequitur voluntaria extra vas feminis pro-
fusio. Quia tunc impeditur generatio proles.
In reliquis autem, quae coniuges in copula ef-
ficiunt, seruato legitimo vase, culpam venia-
lem non excedunt. Quia generatio minimè im-
peditur. Grat. part. 1. lib. 2. cap. 82. n. 13. Filliuc. tr.
10. n. 329. Sanchez. l. 9. d. 16. Ponti. l. 10. c. 11. n. 7.

110
Secundo Finis asseruandus in vfu Matrimo-
nij. Certè multiplex potest esse per coniuges.
Generatio proles, fuga in continentia, debiti
reddicio, significatio vnionis Christi cum Eccle-
sia, fanitas corporis, delectatio carnalis. Licet
ergo actus conjugalis relatus in bonum pro-
lis, aut in bonum fidei, nempe dum exercetur
Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. III. P. H

gratia proles habenda, aut seruanda fidei alteri
coningi debitum reddendo. Si finis hic in sola
prole sistatur, à culpa veniali immunis non erit.
Quia debet intendi proles ad cultum Dei am-
plificandum: alias enim staretur in creatura, nec
bonum esset Sacramenti. Sufficeret autem ad
meritum, si in ipso actu, vel habitu in Deum re-
feratur. Bonac. de Matr. q. 4. pun. 6. n. 6. Sanch. l.
9. d. 8. n. 2. Reginal. l. 31. n. 336. ex D. Tho. in q.
dist. 11. q. 2. a. 1. ad 1.

Ex circumstantia finis mortalis est coniu-
galis actus, quando finis ipse est mortalis: vbi vero
est venialis finis culpa erit venialis. Et hoc in-
telligerim de exigente debito malo fine, aut
minus legitimo; reddens enim omni culpa
vacat; quia praua illa circumstantia ex parte so-
lus petentis se tenens, non inficit actum red-
denti debitum ex iustitia. Quando verò finis
extranei, in se tamen liciti, non sunt principalis
intentio, ad quam actus coniugalis referatur, sed
secundarij, & motui applicationis ad concubi-
tum, nulla est culpa. Syluest. v. De vnu. q. 2. D.
Antonin. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Sanch. l. 9. d. 8. n. 11.

Petito debiti causa fornicationis vitanda: in
ipso met petente tunc (quidem, aiunt) à culpa
veniali est immunis, quando, adhibitis aliis me-
dijs, nequit coniux carnis stimulos sedare: secus
quando potest conuenienter alio modo ab in-
continentia abstinere: tunc enim erit veniale.
Scio, hanc limitationem aliquibus non placere,
(de quo Sect. 2.) & merito. Quia valde anxij red-
derentur coniuges, praesertim qui sine spe pro-
lis copulantur, si examinare debeant, num alijs
medijs, verbi gratia, ieiunijs, alijsque corporis
afflictionibus, hae possint incontinentiae mede-
ri, similiter dixerim de petitione debiti ad tuen-
da, aut instauranda valetudinis finem: haec
enim culpa vacat, etiam si proportionata ad-
hunc finem alia media occurrant. Quia nulla
emergere potest inordinatio cum coniux vta-
tur re in se non mala ad effectum honestum, ad
quem naturaliter est proportionata. Henric. l.
11. c. 16. n. 4. Reginal. l. 31. n. 338. Rodrig. 10. 1.
sum. c. 24. n. 15. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4.

Vltus coniugij ob finem voluptatis tunc est
culpa lethalis, quando voluptas limites Matrimo-
nij excedit; verbi gratia quando coniux ita
voluptate captus ad suum accedit, vt paratus
sit ad accedendum, quamvis suus non ef-
feret. Quia vere gerit animum fornicandi. In
eo tamen accessu, vt sit mortale peccatum, de-
bet adesse actualis illa praua voluntas: & ha-
bitualis ad illum non sufficeret. Quia nullus
habitibus, sed actibus meretur, aut demeretur.
Proinde culpa esset mortalis, si coniux in actu
matrimoniali delectetur in alterius viri, aut
femine cogitatione carnaliter dilectorum.
Quia est delectatio morosa in obiecto mora-
liter malo. Si tamen delectatio in nulla re turpi
esset, sed in sola pulchritudine viri, aut feminae
vt vel sic ad actum conjugalem excitetur: nul-
lam video lethalis culpe suspicionem. Quia de-
lectatio in nullum obiectum turpe fertur, & ad
honestum finem dirigitur. Ab hoc nihilominus
coniuges periculo abstraherem. Syluest. v. De
bitum. q. 2. Sanch. l. 9. d. 17. n. 6.

Accessus ad uxorem causa voluptatis, veniale
non est. Quia libido illa limites Matrimonij non
exceedit, etsi enim actu copula habeatur propter
libidinē, habitu tamen refertur ad coniugij fines,
Cum

111
Quando ex
ne non recto
contrahatur
culpa lethalis
vel venialis.

112
Petito debiti
veniali est immunis,
quando, adhibitis alijs me-
dijs, nequit coniux carnis
stimulos sedare: secus
quando potest conuenienter
alio modo ab incontinentia
abstinere: tunc enim erit
veniale.

113
Quando donam
vixit Matrimo-
nij ob finem
voluptatis se
culpa lethalis
quando non.

114
Non est ve-
niale ad uxorem
accedere
voluptatis
causa si mi-
nus coniugij
exceedantur.

COBAR
Mort
III. IV
IV

cum à principio coniuges Matrimonium inie-
runt propter illos fines. Verum honestum est,
delectationem capere in re, quam quis licite
potest operari operans namque propter dele-
ctationem, operatur simul ob honestum fi-
nem ex parte operis licet ex parte sua, id est,
operatur propter finem delectabilem operetur. Hac
sententia coniuges à multis venialibus excuso-
piaculis. Scio probabilem contrariam esse sen-
tentiam, de qua proprium Problema instituta.
Ponti. l. 2. c. 21. n. 6. & 7. l. 10. c. 10. Dianap.
tr. 4. res. fol. 216. Sancius in select. d. 23. n. 15.

115

Requiritur ut
conjugalis
actus sit sine
damno.

Tertio requiritur ut actus conjugalis sine
damno geratur, id est, ut damnum vitetur, cui-
us conditionis defectu peccatum mortale
quis potest contrahere, verbi gratia, quando
inde abortus periculum probabiliter timetur,
ut accidit aliquando tempore coagulationis
& formationis foetus: tunc enim matrix ob de-
lectationem aperitur, & materia nondum per-
fecte coagulata profunditur. Adest etiam pe-
riculum foetus, quando coniuges congregiuntur
proxime ante partum, nam eo tempore
potest foetus haud difficile suffocari ob seminis
abundantiam. Tale tamen periculum raro est
ita certum hic & nunc, ut coniuges illud sub
mortali vitare teneantur. Reginal. l. 3. n. 341.
Sylvest. v. l. ebrium, n. 8. Sanch. l. 9. d. 22. num. 1.
Valentia. 10. d. 10. q. 6. punct. 2.

116

Accedere ad
vixorem men-
strui tempore
mortale non
est sed ut in
i. & aliquan-
do nec veni-
ale est.

Menstrui tempore accedere ad vxorem,
mortale non est, sed ut plurimum veniale ob
inhonestatem, & turpitudinem quae illo repe-
ritur in actu. Quando autem fluxus menstruus
est continuus nullum peccatum erit in viro ad
vixorem accedere. Quia raro posset iure suo
uti si à menstruata abstineret vxore, si autem
viri fluxum seminis patitur, non delinquit pe-
tendo. Quia semen illud generationi est ineptum,
& sic proles nulli inde dānum patietur.
Henric. l. 1. c. 15. n. 7. Tolet. l. 7. c. 24. n. 1. Rodrig.
p. 3. sum. c. 142. n. 17. Sanch. l. 9. d. 21. Diana p. 3.
tr. 4. res. fol. 204.

117

Requiritur
ut debiti
conjugalis so-
lutio.

Quarto requiritur ad rectum Matrimonij
vsum, ut conjugale debitum coniugi petenti
reddatur, quod innuitur verbo illo *solutio*. Et per
hoc indicatur potestas, quam uterque habet
coniux super alterius corpus: ita ut alter ex
iustitia teneatur potenti reddere sub poena
mortalis piaculi, nisi causa rationabilis excu-
set. In praefatis satis liquide constat. Reginal.
l. 31. n. 344. Tolet. l. 7. c. 24. n. 2.

118

Debet procu-
rari simulta-
nea semina-
tio effusio, quā-
do ad id licet
est iustum vti.

At cum propriè potestas, quam habet cōiux
in sui coniugis corpus, sit in eius semen: ideo
conari debent, ut simul seminent. Quia quam-
vis semen feminae nec actiue nec passivè ad
generationem concurrat iuxta probabilissi-
mam sententiam, iuvat tamen ad factum for-
mosiorem efformandum. Vnde coniugi tar-
diori ad seminandum licet se tactibus prae-
parare ad copulam, ut possit simul cum viro se-
minare. At si vir postquam seminauit, se retra-
hat ante vxoris seminationem, vxor potest se
tactibus excitare, donec seminet. Quia illi ta-
ctus ad complementum conjugalis actus ordi-
nantur. Scio quosdam hoc vxori negare, de
quo scribit. 2. Henric. l. 1. c. 16. Sa. v. Debitum, n. 17.
Sanch. l. 9. d. 19. Bonac. hic, q. 4. pun. 6. n. 14. & 15.
Caiet. 2. 2. q. 15. 4. a. 11. dub. 5. Diana p. 2. tr. 3. res. fol.
38. Filliuc. tr. 10. n. 330.

119

Aliquando licet viro ipsa in copula non se-

minare, scilicet, si vxor non seminauit, nec in
vno, & altero seminaui extra vas periculū ad-
sit. Quia copula absque seminatione est solutio.
do quidā tactus qui licitus est cōiugibus, cel-
te pollutionis periculo. Sicut enim possunt con-
iuges communi consensu non vacare copulae ac
generationi: eodē consensu licebit à copula in-
cepta desistere, ubi neutrius seminis sit dispen-
dium. Iusta itē causa non seminandi esset, ne se-
minatio saluti noceat: vel si coniuges sint pau-
peres, & prole abundant, quā alendo non sūt: vel
ad sedandā concupiscentiā. Si autem femina iā
seminavit, vel ad id excitata sit, ita ut probabile
periculū seminandi adsit: lethaler delinquet
maritus data opera à copula desistere ante pro-
prij seminis effusionem. Quia est peccatū con-
trā naturā, cum sit consummatus coitus ex parte
feminae ex quo sequi nequit generatio: si vero
ē cōtra accidat, nēpe si viro seminate, femina
ante proprii seminis effusionem à copula desi-
stat, vel data opera nitatur non seminare, mor-
tale non esset, sed solū veniale. Quia eius semē
ad generationē non desideratur. Laym. l. 3. sect.
4. n. 19. Lessi. l. 4. c. 3. n. 55. Ponti. l. 10. c. 11. Diana
p. 3. tr. 4. res. fol. 204. & 227. & p. 4. tr. 14. res. fol. 37.

Mulier suae satisfacit obligationi, si viro exi-
gēti dedat quidē corporis vsū animū tamen ad
alia convertat, ita ut natura non excitetur. Quia
eo ipso cōgressus est aptus ad generationē, ite-
rilis enim, quae certo novit, se non seminare, &
potest actū conjugale exercere, tā petēdo quā
reddēdo: quod tamē minime liceret, si viro se-
minare requireretur, ut mulier sese ad semina-
tionē excitaret, atq; adeo in illū finē teneretur
cū excitatione praefata cōiugi subferuire. Vnde
verisimile est conjugatam feminā, cui venerij
nō placet actus, posse in reddendo debito ani-
mū ad alia convertere, & sic frigida remanere.
Quia semē femineū nō omnino requiritur ad
generationē: nā concitatio naturae solū requiri
ad seminationē videtur. At tamē nō potest mul-
lier ita se gerere, ex intēione generationis im-
pediēda. Praeposit. in 3. p. q. 6. de bonis Matr. d. 4.

Amortali exularim virum, qui in actu con-
iugali non seminat, quamvis femina iā semi-
navit, si post feminae seminationē aduerteret
periculum sibi imminere, si seminet, quod ante
coitum non aduertit. Idē assero, si fera aut ho-
stis superueniret, vel si aduerfaretur naturali
honestati aliquo superueniente: tunc enim po-
test vir, se retrahere etiam si adsit extravas ef-
fusionis periculum. Quia licet natura nullam
seminis administrationem homini concesserit
ut extrā legitimū Matrimonij congressum effu-
dere possit: at ut illud nō effunderet intra cōgres-
sū illū, concessit administrationē in calu virgē-
tissimo, scilicet, ad vitam tuendam, ac naturali
consulendū honestati. Sanch. l. 9. d. 19. n. 6. & alij.

Quando autem Matrimonio consummato
superuenit cōiugibus impotentia intra vas se-
minandi ob morbum aliquē, ob senium vici, vel ar-
titudinē feminae: nullatenus licita est eis cō-
iugalis copula sed amplexus, oscula, & tactus
modo periculū pollutionis nō adsit, illi tanquā
vere cōiugibus permittuntur. Si verò cōsidera-
tis omnibus circumstantiis, probabilis spes ad-
fuerit intra vas seminandi, licitum est his con-
iugibus id ipsum per copulam attentare, etiam
per accidens, ac praeter eorum intentionem
extrā vas semen profundatur. Quando vero
vxor

Sect. I. De Matrim. Essentia, Recep. Sent. 55

vxor semen intrā vas receptum retinere non valet, licitum est nihilominus copula vri. Quia talis effusio præter intentionem enecit & contraria femineæ sæpè necessariū semen attrahit ad generationem, expulso superfluo. Bonacin. *bic. qu. 4. punct. 6. numer. 17.* Henricus. *lib. 1. cap. 16. numer. 7.* Sanch. *lib. 9. d. 1. numer. 20.* 21. & 22. Rebel. *lib. 3. qu. 16.* Reginald. *lib. 3. r. numer. 334.* Nauar. *cap. 2. numer. 60.* Mortaliter autem peccaret femina statim post coitum mingens, vel quidquam aliud gerens ea intentione, vt receptum semen effundat. Quia faceret contra finem, ad quem semen est à natura institutum. Sanch. *d. 10. numer. 3.* Quod si ex Bellochij de *casib. reseru. part. 2. qu. 4. numer. 365.* sententia mulier mortaliter non delinquat, quia ex hoc non possit generatio impediri: posset tamen contra conscientiam delinquere. Diana *part. 5. ar. 5. res. 1. 5.*

Quinto requiritur coniugum cohabitatio in eodem thoro, ac domo, quod innuitur verbo illo, *Cohære.* Vnde qui dimittit vxorem, & per alienas provincias sine eius licentia, vel casu vigenti diuagatur, in status mortalis culpæ est, nec absolueendus, donec proponat, ad vxorem redire. Quia subtrahit ei vsus Matrimonij commoditatem, cui ex iusticia obicem apponere non debet. In aliquibus tamen casibus non tenetur vxor viro cohabitare, & contra, verbi gratia, per alterutrum fornicationem: & cum alter trahit alterum ad peccandum, ita vt alter non possit se ab ipso, liberare, quin peccet: & cum alter sit infidelis, vel hæreticus, & cum vnus coniugum timet sibi infectionem lepre, vel alterius contagiosi morbi, si cum infecto coniuge cohabitaret. Porro vxor tenetur sequi virum vltro mutantem domicilium, quando nullum extat pactum in contrarium. Tolet. *lib. 7. cap. 25.* Nauar. *cap. 16. numer. 25.* Valent. *tom. 4. d. 10. q. 4. punct. 2.* Sanch. *lib. 9. d. 14. numer. 29.*

Profectò cum vxor debeat sequi viri infortium, non per modum pœnæ, sed tanquam omnis Matrimonio annexum: hinc si maritus in exilium pellatur, aut excommunicetur, vel ex causa necessaria aliò transferat domicilium, tenetur vxor illum sequi, quamvis antea pactum fecerit, domicilium aliò non transferendum. Quando verò tempore contracti Matrimonij vir solebat diuagari, & vxori hoc notum erat, modo vir non vagetur ex turpialiqua causa, tenetur sequi virum. Quia censetur, se ad hoc obligari voluisse. Secus dixerim, si femina ignorauit, virum solitum esse vagari, tunc enim non tenetur, cum cum suo notabili incommodo sequi. Rodrig. *tom. 1. sum. cap. 15. n. 2.* Nauar. *cap. 13. numer. 10.* Reginald. *lib. 3. r. m. 309.* Sanch. *lib. 1. d. 1. numer. 12.*

Demum in Carminibus illis *num. 107.* præmissis aliæ particule continentur, nempe *Locus, Tempus, Tactus, Votum.* De loco sacro, vbi non licet coniugalem copulam geri, suprà discussimus. De tempore, quo congregi cum vxore fas non est, diximus, cum de Sacra Communionis sermo processit. De tactibus, & osculis inter coniuges ad sextum Decalogi præceptum sermo redibit. Quando verò adstricti castitatis voto coniuges petere, vel reddere possint, aut non possint, in materia de Voto dilucidabimus.

CAPVT IX.

De Diuortio ex adulterio.

Diuortium est *Legitima viri ab vxore, vel vxoris à viro separatio.* Et iuxta Iurisconsultum Diuortium dicitur, vel à mentium diuersitate, vel quā in diuersas partes eunt, qui Matrimonium contrahunt. Tripliciter autem potest accipi. Primò, pro Matrimonij dissolutione quo ad thorum, seu quo ad carnalem copulam. Secundò, pro dissolutione Matrimonij quo ad thorum, & habitationem. Tertio, pro repudio, & pro dissolutione Matrimonij quo ad vinculum. Differunt verò diuortium, & repudium, quod diuortium de sola vxore, atque ad Matrimonium consummato dicitur: repudium autem de vxore, & de sponsa de præfenti nondum cognita. Sanch. *lib. 10. d. 1. numer. 1.* Bonac. *bic. qu. 4. punct. 5. numer. 1.* Sylui. in *supplem. qu. 62.*

Diuortium quo ad vinculum siue repudium apud Hebræos antè Euangelium, vel licuit ex Dei dispensatione, vel quidem permillum fuit tanquam minus malum ad maiora vitanda. Apud Gentiles permillum fuit ipsorum legibus, non tamen fuit licitum. Quia pro iis Deus non legitur vnquam dispensasse. Post legem autem Euangelicam, nec ipsis Iudæis, nec aliis infidelibus permillum est repudium, nec per illud dirimitur Matrimonium. Quia Christus Dominus *Mat. 19. id.* reprobauit. Ideoque Iudæi, & Gentiles repudiantes vxores mortaliter peccant, & cum ad Christianismum conuertuntur, si tempore infidelitatis legitimas repudiarint vxores, cogendi sunt ad illas redire, nisi casus accadat, in quo per conuersionem alterius dirimatur coniugium infidelitatis tempore contractum. Henricus. *lib. 11. capite 8. numero 13.* Sotus in *4. d. 35. question. 2. artic. 1.* Filliuc. *tratt. 10. numer. 363.* Sanch. *lib. 10. d. 1. numer. 9. & 10.*

Profectò quatuor sunt diuortij causæ, *Adulterium: Hæresis, & Apostasia: Inductio ad peccatum: & Sæuitia.* Sylui. in *supplem. question. 62. artic. 1.*

In primis dissero de Adulterio. Certa fide tenendum, per adulterium Matrimonij vinculum non dissoluit, sed quo ad thorum, & habitationem. Certè adulterium alterius coniugis est causa sufficiens, vt innocens possit à nocente diuertere, vt constat ex verbis Domini *Mat. 5. & 17.* idque ex Matrimonij natura. Quia fidem frangenti fides seruanda quo ad thorum, & habitationem non est.

Matrimonium quo ad thorum, & habitationem dissoluitur per omnes eas species luxurie, in quibus coniux diuidit carnem suam cum alio: & huiusmodi carnis diuisio reperitur primò in omni concubitu naturali cum alio. Quia talis concubitus est adulterium, siue simplex si coniux sit solutus: siue duplex, si cum alio coniugato accadat. Deinde sit carnis diuisio in copula contra naturam siue Sodomitica cum matre, vel femina actiue, aut passiuè, modo sit

E 4 complexa.

126
Diuortium
quod & quod
implex.

127
Licuit iudæis
repudium
Gentilibus
minime.

128
Quatuor diuortij causæ.

129
De diuortio
ob adulterium.

130
Matrimonium quoad
thorum dissoluitur per
omnes luxurie
species in quibus
conuincitur
carnem suam cum
alio.

COBAR
206 MORT
M. III. IV
E. IV